



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

64. Convenienter superiori istam adjungimus. An qui voti commutatioem  
accepit virtute alicujus lubilæi, peccet postea mortaliter, si voluntarie  
omittat onera lubillæi, & illud non consequatur? Idem ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

Sup. hoc  
sup. in Ref.  
60. §. vlt. le  
ge doctri-  
nam eius  
Porcell.

alii usque supra, n. 50. & si supradictam doctrinam esse  
veram, etiam Confessarius commutauerit talia vota,  
non praescribendo opera subrogata, sed ea a se, vel ab  
alio postea transacto Iubilao prescribenda remittens.

Et ratio est clara, quia vere, & legitimè commutatio  
dictorum votorum iam erat facta. Secus dicendum est  
de votis oblitis; nam transacto Iubilao, non obtenu-  
to a penitente, minimè possunt commutari, licet ta-  
lia vota specialia eo tempore sint legitimè commuta-  
ta, quia cum ea non sint vere sublata, & penitentis per  
consequitionem Iubilaei priuilegium non obtinuerit,  
sequitur ordinis non posse à Confessariis auferri, quia  
commutarent illa vota sine iurisdictione, & potestate  
delegata.

Sup. hoc in  
Ref. præte-  
rita, in  
principiis &  
in fine.

## RESOL. LXIV.

Conuenienter superiori questioni istam adiungimus: An  
qui voti commutationem accepit virtute aliquius Iubil-  
ai, peccet postea moraliter, si voluntari omittat one-  
ra Iubilai, & illud non consequatur?

Idem dicendum est de illo, qui obtinuerit absolutionem a  
reservatis, & censuris, & postea omittet opera praescripta in Iubilao. Ex p. 2. tr. 16. & Misc. 2. Ref. 11.  
alias 13.

Sup. hoc in  
Ref. seq. &  
in to. 8. tr. 4.  
Ref. 78. §.  
Quinto post  
medium.

§. 1. Afirmatiu respondet P. Emmanuel Rodri-  
quez in summa, tom. 4. c. 188. num. 10. P. Suarez  
de Relig. tom. 2. l. 6. cap. 16. num. 11. & Fillius in q. moral.  
tom. 2. tr. 6. c. 10. num. 301. sive contra pactum implicitum,  
& iustum; sive contra obligationem reliquant ex  
voto, & inclusam in tali commutatione, seu dispensatione:  
nam dispensatio, vel commutatio semper intel-  
ligitur data sub onere faciendo quod in se est, ex parte  
penitentis ad gratiam consequendam.

2. Igitur cum contra pactum implicitum, & alioqui  
iustum delinquit in re gravi, consequenter peccabit  
mortaliter. Et hanc esse presumptam Pontificis intentionem,  
talem facultatem concedentis, dicendum videtur.

3. Altera opinio, cui tanquam probabiliiori adha-  
reo, negat peccare mortaliter, quia penitentis nil pro-  
misit, nec obligationem ullam Confessarius imposuit,  
nec etiam de talis Pontificis intentione constat, & ille,  
si vellet, possit hanc voluntatem explicare. Ideo  
non debemus preceptum imponere ab illo urgenti  
fundamento. Ita Sanchez in summ. tom. 1. l. 4. c. 55. n. 54.  
& præter DD. quos ipse citat, docet hanc sententiam  
Martinus Bonacina tr. de Sacr. dis. 5. que. 7. punt. 5.  
num. 18.

Sup. hoc in  
Ref. seq. &  
sup. in Ref.  
61. §. vlt.

4. Ad argumentum contrariae sententiae, negandum  
est ex natura rei includi id pactum in ea actione, ne-  
que illud propositum transire in pactum, vel compa-  
tari penitentie acceptata; & de Pontificis intentione  
dictum est supra, non constare.

5. Vnde supradicta sententia applicanda est etiam  
in casu, quo aliquis obtinuerit absolutionem a pecca-  
tis reservatis, & censuris, & postea omittet opera  
praescripta in Iubilao, neque illud acciperet, puto enim  
contra Suarez in 3. p. tom. 4. dis. p. 31. sect. 4. n. 5. & alios,  
taliter non peccare mortaliter postea omittendo Iubil-  
ao. Ita Henriquez in summa l. 6. de pen. cap. 16. n. 6. &  
Bonac. ubi supra.

## RESOL. LXV.

An qui tempore Iubilai absolutus fuit a reservatis, & obti-  
nuit commutationem votorum, si ex culpa sua voluntar-  
iè non lucretur Iubilam, peccat mortaliter?

Et docetur, quod est Regula generalis, quod quando est

dubium, an pro aliqua re sit preceptionem, impositionem,  
tunc indicandum sit non dari tale preceptum. Ex p. 3.  
tr. 12. Ref. 42.

§. 1. R espondeo negatiu cum Porcell in dubio Re-  
sul. ver. Indulgentia pro Iubilao, num. 10. vbi sic  
ait. Non peccat mortaliter ille, qui Iubilum lucrat  
intendens, eaque de causa obtinuit absolutionem a cen-  
suris & reservatis, & votorum commutationem, & po-  
stea retrocedens Iubilum non lucrat, si dolus de-  
fuit, & id verius puto, nam talis retrocedens & non lu-  
crans, nihil promisit, nec Confessarius illi aliquam  
obligationem imposuit, neque constat de tali Pontifi-  
cis intentione, si enim tale Papa intendet, id faciliter  
posset explicare, vt sit aliquando in aliis concessionibus  
Pontificis. Est enim regula generalis, quid quando  
est dubium, an pro aliqua re sit preceptum, impositionem,  
tunc indicandum est non dari tale preceptum, idque in  
fauorem libertatis in eo dubio possidentis. Ita ille, &  
ego alibi cum multis Doctoribus.

## RESOL. LXVI.

An quando in aliquo Iubilao non conceditur facultas ab-  
soluendi a reservatis, sed tantum requiriatur pro con-  
quenda Indulgentia, ut quis confiteatur, & visitetas Ecclesias, possit adhuc a reservatis absoluiri?

Et an quando in Bulla, vel Iubilao, aut aliquo indu-  
lenti conceditur facultas absoluendi ab omnibus censuris &  
reservatis, vigore talis indultri possit fieri absoluiri a cen-  
siris reservatis? Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. Ref. 6. alias 4.

§. 1. A firmatiu respondet Magister Texeda tom. 1.  
lib. 3. tract. 3. num. 113. vbi sic air: Sed quid  
dicendum est quando in aliquo Iubilao non concen-  
ditur facultas absoluendi a reservatis, sed tantum exti-  
gitur ad indulgentiam lucrandam, quod penitentes  
confiteantur peccata sua, & communicent cum certis  
precibus effundendis in tali Ecclesia, an ille qui lig-  
atus est a Censura reservata, & non potest ad superio-  
remittere facere, possit nihilominus ab infectioni Con-  
fessario ratione Iubilai lucrandi absoluiri? Dico tamen  
penitentem eo casu posse suo proprio Confessario  
confiteri, qui cum potest absoluere non solum a pecca-  
tis confessis, sed etiam ab excommunicatione refer-  
uata; tunc enim penitentem manet absolutus a pecca-  
tis confessis per se, & directe, ita ut nunquam ea iterum  
confiteri teneatur ex aliis præcepti, ab ex-  
communicatione autem reservata quasi materialiter,  
& per accidens, non vero simpliciter, & ideo tempore  
congruo teneri a iudice superiori absolucionem ab  
excommunicatione reservata petere, quia Confessio  
ille inferior solum absoluere in quantum potuit, provi-  
exigebatur, & necessarium erat ad consequendam in-  
dulgentiam; ne penitentis alia bene dispositus, des-  
derio consequendi indulgentiam illam, inculpabiliter  
priuaretur. Ita ille.

2. Qui postea numero 120. querit an quando in  
Bulla, vel Iubilao, vel aliquo indulti conceditur fa-  
culty absoluendi ab omnibus casibus reservatis vi-  
goris talis indultri possit fieri absoluiri a Censuris refe-  
rat: Circa quam difficultatem Suarez tom. 4. part. 3.  
disput. 28. sect. 3. numero 15. agens de quadam moro  
proprio a Clemente VIII. edito, in quo absoluiri ab  
omnibus Praelatis regularium facultatem reservandi  
peccata pro suis subditis, nisi cum consensu Capitu-  
li; assit nihilominus, eo moto proprio non obstante,  
posse Praelatos excommunicationes sibi reservare,  
vnde colligitur ex huius Autoris sententia, nomi-  
ne casuum reservatorum quantum ad absolucionem

privile-